



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

240. feria 3. de alijs incitamentis appetenda tentationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 3. Domin. 10. post Pentecost. 431

int accendere: Nam Dominus, etsi non tenet, ut nos cognoscat, aut in malum impelat, teneat tamen, ut homini tētato, quid ipse sit, ostēdat, aut eundem alijs, aut ut ejus peccata & errata puniat, aut illi gloriā cōferat.

MEDITATIO. CCXL.

Feria 3. Domin. 10. post Pentecost.

*De alijs incitamentis appetenda
tentationis.*

Aspiciam militem Christi gloriantem de felicitate tribulationum: ad Rom. 1. *Gloriamur in tribulationibus.* Petam intelligere causam hujus felicitatis, eamque consequi.

Conf. 1. Tentationibus resistendum; quia hostes nostros resistentiā prosternimus, juxta illud: *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* 2. Tentationum victoriā Deum in nobis magnificamus, quia ei Fideles existimus. 3. Tentationum victoria nos Sanctorum coronam obtinemus, teste S. Jacobo: *Quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite.*

Conf. 2. Hominem ad tentationum victoriā a Deo, Angelis, & Sanctis iuvare. Deus quidem intelligentiam docet, voluntatem in Spem erigit, fortitudinem subministrat, remedia suppeditat, vires adversarij ligat, impugnationem extenuat, & tandem tentatio-

432 *Feria 3. Domin. 10. post Pentecost.*
nis bellum in pacem convertit. Pugnat pro
nobis Dominus JESVS stans ad dexteram
Dei; pugnat Diava, quæ caput serpentis ab
initio contrivit; pugnant Angeli, qui adhuc
in cælo draconi restiterunt, ejusque nunc la-
queos detegunt, & arcunt; pugnant Sancti,
quos Advocatos habemus, subsidia cœlitus
suppeditando.

Cons. 3. Quomodo succurrat ipsa Ecclesia
pro Filijs interpellando; subveniant, quibus
tentationes aperimus, dando ad pugnandum
arma, & ad vincendum remedia, adsunt &
proximi, æquales, ac inferiores, dum bono
exemplo ad victoriam movent, vel casibus,
ac pœnis ob sua peccata perferendis a simili-
bus avocant.

MEDITATIO CCXLI.

Feria 4. Domin. 10. post Pentecost.

Tentationibus resistendum ab utili.

Videbo concupiscentiarum utilitatum, quas ex
victoria tentationum extrahit anima vi-
ctrix. Petam eas agnoscere, & assequi.

Cons. 1. Quod anima tentatione illumi-
netur, & erudiatur, ut se, suamque infirmita-
tem ac profectum agnoscat, tum ut discat,
quomodo alijs afflictis & tentatis medeatur.
2. Tentatio purgatã præteritis peccatis, quæ
sicut delectatione contraxit, ita diligenti re-
pulsu